Quelle: http://manuscripta.at/?ID=31714
Copyright: Zwettl, Zisterzienserstift

Iam mater hoc facit. Qd manducat mater: hoc
manducat & infans. Sed quia minus est idoneus in
fans. qui pane uescatur: ipsum panem mater incar
nat. & utilitate mamille. et lactis. suco. de ipso pane
pascit infantem. Quomodo ergo de ipso pane pau
nos sapientia dei: Quia uerbum caro factu est. et
habitabit in nobis. Vide ergo humilitatem. quia pa
nem angelorum manducauit homo. Et scriptum est.
Panem celi dedit eis. Panem angelorum manducau
homo. idest uerbum illud quo pascuntur angeli sempi
ternum. quod e equale patri. manducauit homo. Qui
cum in forma dei esset non rapinam arbitratus est ee
se equalem deo. sed semet ipsum exinaniuit. ut mandu
caret panem angelorum homo. formam serui acci
piens. in similitudinem hominum factus. & habitu in
uentus ut homo. humiliauit se factus obediens usq;
ad mortem. mortem autem crucis. ut iam de cruce
commendaretur nobis caro. & sanguis dni. nouum
sacrificium. Ipse ergo dns adnos missis. sacerdos noster. as
sumpsit anobis. qd offerret deo pro nobis. illas sanctas
primicias carnis. ex utero uirginis. holocaustum obtulit
deo. Et extendit manus in cruce ut diceret. Dirigat
oratio mea sicut incensum in conspectu tuo. eleuatio
manuum mearum sacrificium uespertinum;
Iam nouimus quia dns circa uesperam pependit in cruce.
et impietates nostre propitiate sunt. aliqui quin obsor
bueram nos. Merito illi cantamus in psalmo. et
impietatibus nostris tu propitiaberis. Tu sacerdos.
Tu uictima. Tu oblator. Tu oblatio. Ipse sacerdos est
oblatio. qui nunc ingressus est interiora uelis. solus
ibi ex his qui carnem gestauerunt. interpellat pro
nobis. Ineuuis rei figuram. in illo primo populo.